



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Accipere Sacramentum & rem sacramenti differunt. tit. 94.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

TITVLVS LXXXVIII. 255

filicet, memoria passionis eius: ideo in Ecclesijs re
seruamus eucharistiā, non incarceramus: portamus
publicē, ostendimus populo, quia nos credimus ibi
verum esse Christi corpus & sanguinem, quo redemp-
tū sumus. Illi qui hoc recusant, non recte sentiunt de
sacramento &c.

At post consecrationem manere corpus vsq; ad cō-
sumptionem extra usum, testatur Eusebius de Serapi-
one scribens, & Hieronymus de Episcopo Tolosano
Exuperio, Ambrosius de fratre suo, qui sacramentū
ad collum suspēsum portabat. Miraculū quoque sā
pius Iudei sa crāmentum martyrizārunt: sed hæreti-
cus homo subuersus est, Tit. 3.

Quarto, Arguunt sectæ: si extra usum sacramentum
maneret, tūc ius comederet, etiā sacramentū man-
ducaret, &c. vel etiam aranea &c. Respondeo, Usus sa-
cramenti nō facit sacramentū sed consecratio verbi
Dei. Secundū, idoneus suscepit sacramenti exigitur
id est, homo rationalis & Christianus. At cū talis nō
sit mus, ideo non comedit sacramentū, licet speciem
rodat: est talis masticatio sine fide, extra debitum u-
sum. Vnde si mus caderet in baptismū, nunquid bap-
tizatus esset? Pessimus igitur hic error est, verbum
Dei sic confundere &c.

ACCIPERE SACRAMEN-
TUM, & rem sacramenti, differunt.

TITVLVS XCIII.

SAUgustin, super Ioannē tractatu 26, super
hæc verba, Ego sum panis viuus: Aliud,
inquit, est sacramentum, & aliud virtus
seu res sacramēti, Exempli gratia: Iude
us non credēs in Christū, si baptizetur,
aut corpus Christi accipit? Respōdeo, accipit, sed nō
virtutē & fructū sacramēti, potest enim glutire sacra-
mentum consecratum sicuti Christianus, & laua-

Rr 2 ri,

ri, &cæ. Sed quoniam fides deest, quæ in omnis factamento præexistit, iuxta illud Marc. vltim. Qu crediderit & baptizatus fuerit &c.

Secundò, nedùm Iudæus, sed etiam malus Christianus in vita, etiamsi ore fidem confitetur, sic comunicans, solum accipit sacramentum, non virtutem & fructum sacramenti, sicut Apostolus dicit Corin. ii. Qui indignè accipit, ille iudicium sibi inducat, & babit, sed quis est, qui indignè accipit? Rel. pôdeo, qui scienter in aliquo peccato manifesto contra legem Dei, Gal. 5. sinè pœnitentia & propositum linquendi peccatū accipit, vt adulter impœnitens, odiosus impœnitens, usurarius impœnitens, &c. Non communicans debet dolere de omnibus peccatis: secundò propositum habere peccata dimittendi: Tertiò, petere vt virtus victimæ Christi sibi comunicatur, vt in gratiam, ex qua excidit, iterū recipiat, manere possit in Christo, & Christus in illo, Ioz. 1.

Tertiò, ex hoc dicitur quod omnes sectæ, quaziodio contra Ecclesiam catholicam viuunt, accipiunt quidem sacramenta, baptismum, eucharistiam, absolutionem, &c. sed non fructum, & rem sacramenti. In medicina sine fructu, cibus qui nō exatur animam, sic orans in odio orationem dominicam, orat reuera, sed sine fructu propter labem odij & schismatis cum fratre, & sic dicit Apostolus 1. Co. 13. Si habeo omnem fidem &cæ. Nihil igitur prodest accipere sacramentum sine fructu &c. externe hoc fit sine gratia interna.

Quartò, inquires: frustraneus ergo omnino est hodus sacramentorum? Respon. Pro tanto valet, inquit Augustinus, vt cum sectæ redierint ad unitatem Ecclesiæ, tunc incipiunt sacramenta habere efficaciam, sicut Matt. 5. Christus dicit: Vade reconciliari primo fratri tuo, & tunc venies &c. Sed durate schismata dei, &c. nō sunt efficaia. In segregatione igitur viueret

sicut, ibi nō est spiritus sanctus, ut dicit Iudas Apo-
stolus in sua Epistola canonica, neq; gratia sacramēti,
Quintō, quotiēs quis recesserit ab unitate Eccle-
sie Catholice, id est charitatem fregerit, in peccatū
cēderit, post sumptionem sacramentorum, illi re-
deunt peccata dimissa: gratia iterū deperditur,
& omne bonum quod yñquam fecerit, cassatur.
Et sine fructu sunt, donec durauerit peccatum, & pœ
nitentia cordis non fuerit dilutum. Sic inquit Chri-
stus Matt 18. de seruo nequam, cui fuit dimissum
omne debitum, at ille noluit commisereri conseruo
&c. Sic faciet vobis, inquit Christus, pater meus cæ-
clastis &c, sine fide ergo & charitate, id est, nullum
prodest sacramentum, quia ibi non est res & fructus
sacramēti: aliud ergo est accipere sacramētū & rem
sacramenti: & aliud, solum sacramentum.

COMMUNICATURUM
que scire oporteat.

TITVLVS XCV.

SERVIA sunt notanda. Primo, quæ oportet
at scire communicantem, scilicet, pri-
mo, Articulos fidei, Decalogum, oratio
nem Dominicam: Secundo, quid sit sa-
cramentum, & quare institutum: Tertio
periculum, & fructum prouenientem dignè aut in-
digne à communicantibus.
Primo, iuuentus, & alij volentes cōmunicare, de-
bet primò scire distinctim articulos fidei: primo,
quod Deus pater eum creauit, quando non esset,
Gen.1. Creauit Deus hominem. Secundo, quod fili-
us Dei eum redemit iterū quando perditus fuit.
Nam idèo est incarnatus, concepus de spiritus an-
dro, natus & passus, s. pro nostra redemptione Ro. 4.
Mortuus est pro peccatis &c. Tertio, quod per spiri-
tum sanctum est illuminatus fide, qui etiam omnes
Rr 3 fideles.